Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26418
Copyright: Admont, Benediktinerstift

91

medio uirginum. erant autem c.xx. & una.
Precepit autem petrus illis ut & tres lampa
des cum lucernis accenderent coram
uirgine. nec extinguerent. sed uicis
sim insisterent. Ad solis autem occa
sum ecclesie dei sanctissima uirgo ingres
sa cubiculum. induit se uestimentis
ad sepulturam. Interim autem hec petrus
ad uirgines dicebat. Sunt lucerne
ardentes. & uos perpendite quanta bona
meretur uirginitas. Ecce intuemini
MARIAM que lumen uerum peperit. &
semper lucidissima est lampas. quia
symbolicis cum lampadibus uestris in manu
bus sponsi presentiam inpromptu prestolabitur.
Post hec beatissima uirgo induta egre
ditur ualedicens omnibus & composuit corpus
in lectulo ad exitum. circumsedentibus apostolis
prout spiritus sanctus preordinauerat singulos. Nam
Petrus ad caput. & Iohannes ad pedes sedit.